

Feria sexta.

in eos. et filii iniquitatis non apponet nocere eis.
Et concidam a facie ipsius inimicos eius. et
odiētes eum in fugam uertam. **E**t uitas mea
et misericordia mea cum ipso. et in nomine meo
exaltabit cornu eius. **E**t ponam in mari ma-
nu eius. et in fluminibus dexteram eius. **I**pse
inuocabit me. pater meus es tu. deus meus et
susceptor salutis mee. **E**t ego primogeni-
tum ponam illum. excelsum pre regibus terre.
In eternum seruabo illi misericordiam meam
et testamentum meum fidele ipsi. **E**t ponam in
seculum seculi semen eius. et thronum eius sicut
dies celi. **S**i autem dereliquerit filii eius legem
meam. et in iudicijs meis non ambulauerint.
Si iusticias meas profanauerit. et man-
data mea non custodierint. **U**isitabo in
uirga iniquitates eorum. et in uerberibus pecca-
ta eorum. **M**isericordiam autem meam non disper-
gam ab eis. neque nocebo in ueritate mea.
Neque profanabo testamentum meum. et quae pro-
cedunt de labijs meis non faciam irrita. **S**emel